

**DE DIUO IGNATIO  
LOYOLA, ORATIO. A  
NICOLAO  
CECCOPERIO  
MASSENSI SENIS...**

---

Nicola Ceccopieri

XXXVIII  
CECO.P

D-1

Legatus D. Equitis Antonij Francisci  
Deo Marini

40346  
II

DE DIVO  
IGNATIO  
LOYOLA,  
ORATIO.

A NICOLAO CECCOPERIO  
MASSENSI

SENIS PVBLICE HABITA:



SENIS, Apud Bonettos, Typis Publicis. 1636.

Superiorum permisso.

Digitized by Google

DE DIVO  
IGNATIO  
LOYOLA  
ORATIO.  
A NICOLAO SECCOPERIO  
MASSENSIS  
SENIORIS PABRICE HABITA.





SERENISS<sup>MO</sup> PRINCIPI  
LEOPOLDO  
DE HETRVRIA.



*NICOLAUS CECCOPERIVS F.*



**F**ELIX, faustumque hoc mihi accidit, Serenissime Princeps, vt de IGNATIO verba facturus, tuam, ad quam properem, sortitus sim benignitatem. Nimirum Ignatianæ virtutis lux, orationis meæ tenebris adumbrata tui animi exponi debuit oculis, Maternam Aquilam ad Solis radios inconniuentem imitantibus. Quod itaque hoc nomine tuum est, humaniter excipiendo tuum esse confirma. Vale.

SERENISSIMO PRINCIPI  
LEOPOLDO  
DE HETRVRIA

NICOLAUS COPERNICUS

Excelsis, illustribus, hoc  
mihi accidit, serenissime  
Princeps, ut delectatio  
verba signum, cuius ad  
quam properem, dicitur  
im delectationem. Mihi  
mulum delectationem virtutis  
huc, orationis non tenet  
his admodum in animi exhortatione debet oratione  
Mentem adhibere ad omnia ratione  
tam in ratione. Quod tunc hoc nomen  
tam est, humaniter excipiendo tam esse con-



A

# ORATIO<sup>5</sup>



Vicunque fabulosum antiquitatis Prometheum, ut conflatà è cœno simulacra animaret ad vitã, ignem è Cælo subripuisse sagaci finxit mendacio, is, si hoc sæculo esset, sapiens profectò, ac salubre inuentum eo ingeniosius, quo verius in **JGNATIUM**, hoc est nobiliorem Prometheum transtulisset, **A. A.** qui videlicet, quantum vitalis santi-  
monia ignis è Cælo hausit, ad humilia hominum corda, & rerum humanarum appetitione penè canosa excitanda, incitandaque ad Cælestia, & quasi animanda, nobilius in opus usurpauit. Quid ni enim corda incitaret ad sublimia, qui vel ipso Nomine ignis erat, elementorum vehementissimus? Ab hoc igne, qui ardet in Nomine, mei gelu ingenij in flumen Orationis eliquari, facere non possum, quin fatear. **A. A.** quamuis inter eius ful-

gones meorum verborum tenebras collocare temeritatis sit, quam tamen in me admodum reprobare nequitis, quoniam, si Tullio fidem habemus, ea est florentis aetatis. Ad huius itaque ignis splendorem vestrarum mentium acies conuertite; hisque vestra benevolentia claritatem adiungite. Ut ex pueris excessit Ignatius ab aula Hispaniarum ad Pompelonensem arcem, tum temporis obsidione pressam, profectus est caduca gloria miles. Ad huius defensionem cum attentius vigilat, ab aerei tormenti globo in terram deicitur. en, iam Ignatium, quasi dua sibi fortuna partita sunt, quippe qui vel Antheo felicior, ex illo in terram lapsu, nouas contrahit vires, non amplius terra, sed caelo militaturus. Claudicauit tunc in scelerum via, ut in via virtutis praeuolaret. Editus ille, è militari tormento sonus, à somno vitiorum expergefecit Ignatium. Et nimium quantum profuit explodi tormentum illud: Nam ex fumo inde emisso, sibi nubem confluxit, qua eius animum in caelum eueheret. Cuius rei certissimo argumento est, quod ipsum Deum, una cum Maxima Virgine, Diuino circumdatum lumi-



7

ne aspexerit: quod quidem Ignatio gratulari  
debeo. Nam si sol iste noster, Cyro quondam  
dormienti visus, Persarū presaguit imperium:  
quidni Cælestis iustitia sol, Cæleste regnum au-  
guraretur Ignatio? quo ut potiretur ille, ad  
montem Serratum se contulit, locum scilicet,  
Cælo propriorem. Nec mirum, si tam cito cur-  
sū ad Cælum, vel fracto crure contendit: nam  
in via virtutis sine culpa cuiuspiam pondere  
nemo claudicat. At quia Cæleste regnum vim  
patitur, hic cæpit suo corpori pœnas infligere  
Ignatius, esuriendo, sitiendo, algendo, estuan-  
do. His telis, quasi novus Apollo, suarum ce-  
piditatū Pythona interfecit. Hac nimirum in  
palestra Christi generosus Athleta multo acrius  
exercebatur, quàm Veteres, aut Lacedæmonij,  
aut Romani: quorum in pugnando nuditatem  
ut imitaretur, arma sua in templo Deipara sa-  
cro suspendit. Et mirum nobis videri non de-  
bet, cum sub exercituum duce exerceretur, si  
tantum profecerit, ut supra cōmentitiā Gi-  
gantum audaciam penetrarit, cum videlicet,  
septem dierum spatio ab alienatus à sensibus,  
per immensitatem Cæli spatiatus est. I nunc, &

flam-

flammam, qua è militari illo tormento emissa  
 fuit, Ignatij animo, non onus, sed oneris leua-  
 mentum adiectam esse; nega, si potes, cum tam  
 ex facili feratur in Cœli. Sed meritò illi terra  
 iam sordet, si Cœli nota est pulchritudo. Terra  
 enim cœlestibus animis sordidum sepulcrũ est.  
 In hac Ignatius peregrinabatur animo, non  
 habitabat; dumque in litteraria palastra ver-  
 bum amo discit, cuncta terrestria amare de-  
 discit. sed quò istis puerilibus studijs prope-  
 ras Ignati? an ad eloquentiam? sed mirum  
 quantum animos inflãmare edoctus iã es. Tes-  
 tis mihi est vnus, inst. ar omnium iuuenis, quem,  
 vel in frigidissimis aquis exestuans, tuus ad  
 virtutem ardor inflãmavit. Dignum factum,  
 cuius auctori, vel in humanis degenti, extru-  
 antur templa, ar aq̃ue consecrentur. Equidẽm  
 nullum huic, scio, antiquitatis exemplum con-  
 ferri posse. Non enim tibi, aut ciuica, aut mu-  
 ralis, castrensive corona debetur; sed quia ci-  
 uem Cœlo conseruasti, cœlestis. Iam non attinet  
 vltcrius virtuti tue debita scrutari praconia.  
 Nam intra huius stagni ripas immensum tu-  
 arum laudum Oceanum comprehendi, omnes  
 intel-

intelligunt. Et miror profecto, cur aqua illa  
in crystallum durata, tantum tuae charitatis  
argumentum intra se clausum non seruarint.  
Tum enim Mida felicior, cœnum illud ani-  
mati cadaueris in aurum innocentiae commu-  
tasti. An eius stupidum, & quasi saxeam ad  
virtutem, ingenium, verius tua luce animasti;  
quàm olim lapideam Memnonis statuam pa-  
rentis Aurora radijs vocalem esse factam, sin-  
xit antiquitas? Hoc certum est, Ignatium te  
esse non putabas, nisi & ipse arderes, & alios  
inflammares. Fortunam hic arguerim quod  
Ignatium sui tam prodigum ignis in carcerem  
conijci, tanquam furem, maleque verberibus  
accipi passa fuerit. Sed ipsa Loyola innocentia,  
magnum illi ruborem iniecit; & vincere huma-  
nos animos assuetam, vinci tandem docuit;  
quoniam dum illa in insontem reum verberibus  
irruit, tum eundem nõ furem, sed magis suamet  
vite prodigum inuenit. Profecto potius quàm  
illa fictis criminibus, verisve pœnis Ignatij in-  
nocentiam intercipere potuisset, Ignatiana in-  
nocentia sepulchrum ei capere contigisset. Pu-  
taret aliquis hoc contra legem nature factum,

nisi iniuriarum acerbiter a quo animo perpeti,  
 ti, pro lege Christi sectatoribus haberetur, egi-  
 esset. Sed quis iam Lojola, Regulos, Carones,  
 Aemilios infra te esse non fateatur? In hunc  
 modum non homines fortunari sibi sunt, sed eam-  
 dem Caelites calcant. Hac tua constantia eo glo-  
 riosior est, quo magis a leuitate ignis abhorret.  
 Hac, inquam tua constantia nos docet, pati for-  
 tia Christianum esse, non Romanum. Hoc as-  
 seram; Caelestem tuum animum, et quidem ar-  
 matum in corpore mortali stationem voti aperi-  
 gisse, humana imbecillitatis conditionem a se in-  
 uicta pugna repulsurum. Quod veluti in mersa  
 diana veluti in luce apparuit. Adde eam. Adde  
 te robustior, contra tot opinionum obsecra-  
 sibi onus condende sacra societatis. Quae  
 qua non nisi caelum esset in terris, in quo sua  
 uis, quo verius Pythagor ea hinc manus non  
 concentu cordarum, sed e consensu coelestium  
 sonaret. Et sane felicitissimum suscipi operis  
 exitum illa sterna, qua eius caput supra praesul-  
 xerat, portendebat. Vulcanum videlicet est, quod  
 sam olim supra caput sterna in Italia  
 navigationem. A scania, ad Romani imperij  
 fasti-

*fastigium, secundum cuius sum Scribo Tullio, Lucio Martio reportandam de hoste victoriã præ-  
 saginisse. Et quidem tum se se ostendit hero-  
 em, nõ ex hac mortalitate concretum, sed è Cæ-  
 lo delapsum, quemadmodum veteres existima-  
 bant. Magna enim curare Divinum est. Sic  
 Hercules habitus est Iouis filius. Sed qui è  
 Cælo erat ad Cælum iam redit Ignatius: haud  
 vitæ negatur, sed vitæ mortali. Quid dicē-  
 dum iam superest? Migrarent ex hominibus vi-  
 tia, si eo animo vitam ingrederemur, quo eam  
 Ignatius egressus est. In eodem enim læto, et spi-  
 ritus eius, et virtutum cultus effluxit: quem si  
 attentius considerare volumus in Ignatio, vi-  
 rorum omnium virtutes discamus. Verũ cui  
 nomen ab ipso Natali dedit ignis quidni mor-  
 ti quoque pareretur? Et ecce ad eius tumu-  
 lum præfulgent sidera; nimirũ hæc extincto soli  
 succedunt. Et quis ibi Cælum non agnoscit, ubi  
 stella nitent? quas vel ambitiose illuc descēdisse  
 crediderim, ut Ignatij luce magis, quam ipsius  
 met olis illustrarentur. An potius ardere ibi  
 decreuerant ad conservationem Societatis, ut  
 olim vestales flamma ad custodiã Romani Impe-*

rij vigilabant? An ibi conſtiterunt, ut Ignatij cineres plus honoris poſſiderent, quod ab illis perfectiſſima virtutis exemplum aptius capere licebat. quam olim Pythica cortina, Ammonisque fonti dabatur, quod inde ſuperſtitioſa emittebantur oracula? An haſ miſit ſtellas Calum, ut ita dixerim, inuidum; quod Loyola corpus ſurriperent? Orta eſſe ſydera, ali- que ab aqua veterum Philoſophorum tulit opi- nio. Hac certe ſydera, qua ad Ignatij ſepul- chrum ardent, nullum aliud ſui principium habuiſſe crediderim, quam eiſdem lachrymas, quas, adhuc inter mortales agens, effudit. Ob Pluias lachrymarum, aurea illa certè nobilio- res, qua olim Iouem in terras deſcendiſſe, mē- tita ſinxit antiquitas. Et merito ſanò ex il- lis lacrymis orta ſunt ſydera: Nam quia ex Ignatij oculis emanarunt, ignea fuiſſe gutta, non lachryma, dicenda ſunt. Inter haec ſydera Loyolea virtutis excellen- tiam veſtrarum mentium ocu- lis clariùs inſpiciſſe A. A. Oratoria enim lumina extinguntur.

Dixi.



